



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum aliquis sine gratia possit mereri uitam æternam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

idcirco fecit in rebus naturalibus Deus dando manus homini, marem s. minax &c. dar debita rebus ex ordinatione sua, scilicet ipsius Dei, ac per hoc quasi sibi ipsi soluit debitum, & sic ibi est ratio iusti, vt in secundo contra Gentil. cap. 29. habes diffinita in redditione mercedis debita merito humano Deus non aliter potest constituere debitor, nisi pro quanto ab ipso meretur.

Deo praeiungitur ordinatus actus ille ad consequendum mercedem illam: sic enim Deus constituit debitor sibi ipsi, & reddendo nobis mercedem, suae factus est ordinator. Vide & patet familiaris reddimus mercedem operari vineae, prius conduxit eos conuentione, vel promissione facta de mercede per scriptum. Propter quod in littera auctor rationem meriti humani impossibile esse constituit, nisi ex praordinatione diuina, ex qua meritorius actus habet, quod respiciat Deum vt debitorem.

In eodem articulo, circa rationem iusti inueniam in merito hominis apud Deum, aduerte quod meriti tale vitra respectus, quos habet ad hominem merentem, & Deum vt praordinantem, habet duos alios, alterum ad mercedem alterum ad redditionem mercedis. Et quidem si comparatur meriti hominis ad Deum, nunquam inuenitur iustum simpliciter, vt in littera dicitur. Sed si comparatur meriti hominis ad mercedem debitam secundum se, sic non inuenitur inueniri iustum simpliciter: quoniam non inuenitur equiualens merito reddendo, & ordinari a Deo actum meriti tanti valoris ad aequalitatem praemium. Et quoniam merces reddenda a Deo, quantumcumque secundum se sit aequalitatem merito, vt tamen redditur a Deo, excedit meriti hominis, cuius ad Deum non potest esse aequalitas simpliciter in aliquo: ideo simpliciter hominis ad Deum non potest esse meriti simpliciter, sed secundum propor-

tionem, vt in littera dicitur: quamuis hominis ad ipsam mercedem absolute possit esse meritum simpliciter, sicut & iustum. In eodem primo articulo, circa ordinationem diuinam concurrerem ad rationem meriti apud Deum, dubium occurrit, An talis praordinatio diuina fiat vniuersaliter per communicatum principium operis meritorii, an ratio meritorii quandoque fiat per solam diuinam ordinationem actus ad tale praemium. Sed quoniam in articulo tertio res haec in specialia de merito vitae aeternae discutenda est, ideo sic fit pronunc scire dubitare, & notare, quod id dicitur esse merces reddenda a Deo nostro merito, ad quod consequendum Deus dedit nobis virtutem operatiuam liberam.

In eodem primo articulo, aduerte No uitie, quod praordinationem diuinam nostri actus in ratione meritorii nec ab ipso Deo, nec ab alio retributore oportet fortiri illam mercedem, vt patet in eo qui aliquanto tempore perueuerans in bono, obicem ponit praemio ante retributionis tempus. Et ratio est, quia non omnis praordinatio est praordinatio praedestinationis, quae effectum infallibiliter consequitur: sed aliqua praordinatio est prouidentia, non euentus, sed causa. & propterea mater benemerita de filio, quandoque mercedem honoris debiti a filio, nec ab ipso filio fortitur, nec a Deo, qui praordinauit matri benemeritae talem honorem deberi, fit vt filius honorem huiusmodi impendat. Et ex eadem radice euenit, vt Iudas post multa merita vitae aeternae, non consequens fuerat eam: nihil enim ex huiusmodi euentibus diuinam ordinationi deperit.

Super Quaestione centesima decima quartae Articuli secundum.

In articulo 2. eiusdem quaest. dubium occurrit de superfluo aere: quia auctor in quaest. 109. eundem articulum mouit.

quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? ergo homo non potest aliquid a Deo mereri.

¶ 3 Præter. Quicumque apud aliquem aliquid meretur, constituit eum sibi debitorem. debitum. n. est, vt aliquis merenti mercedem repēdat: sed Deus nulli est debitor. vnde dicitur Ro. 10. Quis prior dedit ei, & retribuetur ei? ergo nullus a Deo potest aliquid mereri.

SED CONTRA est, quod dicitur Jer. 31. Est merces operi tuo: sed merces dicitur, quod pro merito redditur. ergo uidetur quod homo possit a Deo mereri.

RESPON. Dicendum, quod meritum, & merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur, quod alicui recompenatur pro retributione operis, uel laboris, quasi quoddam pretium ipsius. Vnde sicut reddere iustum pretium pro re accepta ab aliquo, est actus iustitiae: ita etiam recompenare mercedem operis, uel laboris, est actus iustitiae. Iustitia autem aequalitas quadam est, ut patet per Philosophum in 5. Ethic. & ideo simpliciter est iustitia inter eos, quorum est simpliciter aequalitas: eorum vero quorum non est simpliciter aequalitas, non est simpliciter iustitia, sed quidam iustitiae modus potest esse: sicut dicitur quoddam ius paternum, siue dominarium, vt in eodem li. Philosophus dicit. & pp hoc in his, in quibus est simpliciter iustum, est et simpliciter ratio meriti, & mercedis. In quibus autem est secundum quid iustum, & non simpliciter, in his etiam non simpliciter est ratio meriti, sed secundum quid, in quantum saluatur ibi iustitiae ratio: sic enim & filius meret aliquid a patre, & seruus a domino. Manifestum est autem, quod inter Deum & hominem est maxima inequalitas (in infinitum enim distat) & totum quod est hominis bonum, est a Deo: vnde non potest hominis a Deo esse iustitia secundum absolute aequalitatem, sed secundum proportionem quandam, in quantum scilicet vterque operatur secundum modum suum. Modus autem & mensura humanae virtutis homini est a Deo: & ideo meritum hominis apud Deum esse non potest, nisi secundum praesuppositionem diuinæ ordinationis, ita scilicet ut id homo consequatur a Deo per suam operationem, quasi mercedem, ad quod Deus ei virtutem operandi deputauit: sicut etiam res naturales hoc consequuntur per proprios motus & operationes, ad quod a Deo sunt ordinatae, differenter tamen: quia creatura rationalis seipsam mouet ad agendum per liberum arbitrium, unde sua actio habet rationem meriti, quod non est in aliis creaturis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homo in quantum propria uoluntate facit illud quod debet, meretur: alioquin actus iustitiae, quo quis reddit debiti, non esset meritorius.

AD SECUNDUM dicendum, quod Deus ex bonis nostris non querit utilitatem, sed gloriam, id est, manifestationem suae bonitatis, quod etiam ex suis operibus querit. Ex hoc autem quod eum colimus, nihil ei accrescit, sed nobis: & ideo meremur aliquid a Deo, non quasi ex nostris operibus aliquid ei accrescat, sed in quantum propter eius gloriam operamur.

AD TERTIUM dicendum, quod actio nostra non habet rationem meriti, nisi ex praesuppositione diuinæ ordinationis, non sequitur quod Deus efficiat simpliciter debitor nobis sed sibi ipsi, in quantum debitum est, ut sua ordinatione impleatur.

ARTICVLVS II. Vtrum aliquis sine gratia possit mereri uitam aeternam.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod aliquis sine gratia possit mereri uitam aeternam. Illud enim homo a Deo meretur, ad quod diuinitus ordinatur, sicut dictum est: sed homo secundum suam naturam ordinatur ad beatitudinem sicut ad finem, unde etiam naturaliter appetit esse beatus. ergo homo per sua naturalia absque gratia mereri potest beatitudinem, quae est uita aeterna.

¶ 2 Præter. Idem opus quanto est minus debitum, tanto est magis meritorium: sed minus debitum est bonum, quod fit ab eo qui minoribus beneficiis est praeventus. Cum igitur ille, qui habet solum bona naturalia, minor beneficia sit consecutus a Deo, quam ille qui cum naturalibus

principium operis meritorii, an ratio meritorii quandoque fiat per solam diuinam ordinationem actus ad tale praemium.

Sed quoniam in articulo tertio res haec in specialia de merito vitae aeternae discutenda est, ideo sic fit pronunc scire dubitare, & notare, quod id dicitur esse merces reddenda a Deo nostro merito, ad quod consequendum Deus dedit nobis virtutem operatiuam liberam.

In eodem primo articulo, aduerte No uitie, quod praordinationem diuinam nostri actus in ratione meritorii nec ab ipso Deo, nec ab alio retributore oportet fortiri illam mercedem, vt patet in eo qui aliquanto tempore perueuerans in bono, obicem ponit praemio ante retributionis tempus.

Et ratio est, quia non omnis praordinatio est praordinatio praedestinationis, quae effectum infallibiliter consequitur: sed aliqua praordinatio est prouidentia, non euentus, sed causa.

& propterea mater benemerita de filio, quandoque mercedem honoris debiti a filio, nec ab ipso filio fortitur, nec a Deo, qui praordinauit matri benemeritae talem honorem deberi, fit vt filius honorem huiusmodi impendat.

Et ex eadem radice euenit, vt Iudas post multa merita vitae aeternae, non consequens fuerat eam: nihil enim ex huiusmodi euentibus diuinam ordinationi deperit.

Super Quaestione centesima decima quartae Articuli secundum.

In articulo 2. eiusdem quaest. dubium occurrit de superfluo aere: quia auctor in quaest. 109. eundem articulum mouit.

LL ¶ Ad

D. 431.

Sup. q. 109. artic. 1. & 10. cis ibid. inducis.

art. 1. huius quaest.

Ad hoc dicitur, quod non inconuenit diuersis rationibus in diuersis locis eandem questionem mouere, vt vnusquisque tractatus integer fiat. Hec ergo questio de merito uitę eternę per gratiam, potest dupliciter occurrere. Primo, de merito huiusmodi, vt habet rationem finis respectu gratię. Et sic spectat ad questio, de necessitate gratię, quę est necessitas ex suppositione, scilicet ad habendum tale quid, quę uocatur necessitas finis. Et hoc modo superius hec questio integrat tractatum de necessitate gratię.

Secundo de merito huiusmodi, vt habet ratione effectus respectu gratię. Et sic hic tractatur ad integritatem tractatus de secundo effectus gratię, quod est meritum, vt patet & ex initio tractatus huius, & precedentis questionis.

In eodem articulo secundo, aduerte, quod quia nec ex tit. articuli, nec ex ratione allata in litera habetur, quod hic sit sermo de potentia Dei absoluta, sed titulus est de potentia meritoria uitę eternę, an sit propria gratię, ita quod ipsa sola hoc possit inter creatas naturas: hoc est enim quere, an sine gratię &c. Ratio quoque literę super diuina prouidentia, quę statuit actum non ordinari ad aliquid excedens proportionem virtutis, quę est principium actus, fundatur: ideo ex hoc loco nullus sumat esse doctrinam auctoris, quod homo sine gratię habituali dono per diuinam potentiam non possit mereri uitam eternam. Dicit forte quispiam, non esse contra auctoris doctrinam, quod homo ex gratuita Dei ordinatione absque habituali dono mereatur per actum liberi arbitrii, puta, opera pietatis, uitam eternam.

In responsione ad tertium eiusdem articuli dubium occurrit circa illud, scilicet, quod homo non potest mereri ab alio homine quem prius offendit, nisi ei satisfaciens reconcilietur. Videtur enim hoc falsum: nam potest quis operari pro eo quem offendit, ante reconciliationem sic,

q. 109, art. 2.

q. 71, arti. 6. & q. 73. & 87. & q. 8. 113, art. 2.

vt constituat eundem sibi debitorem ad reddendum vt patet si ponamus Ioannem offendisse Petrum vel rapina, & postmodum videns eundem Petrum sum ab inimicis ad mortem, libere illum periculo suum exponens pro hoc. conitatur nanque quod tunc meretur de prius offendente non reconciliato. Præterea potest fieri quod operari quem offendit tunc, etiam si maneat in merere, non ab eo: aliter rarius quod centum perituri de futuro deest proprie illam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus ordinauit humanam naturam ad finem uitę eternę consequendum non propria uirtute, sed per auxilium gratię. Et hoc modo eius actus potest esse meritorius uitę eternę.

AD SECUNDVM dicendum, quod homo sine gratiã non potest habere æquale opus operi, quod ex gratiã procedit: quia quanto est perfectius principium actionis, tanto est perfectior actio. Sequeretur autem ratio supposita æqualitate operationis utrobique.

AD TERTIVM dicendum, quod quantum ad primam rationem inductam dissimiliter se habet in Deo, & in homine. nam homo uirtutem benefaciendi habet a Deo, non autem ab homine: & ideo a Deo non potest homo aliquid mereri, nisi per donum eius, quod Apostolus signanter exprimit dicens. Quis prior dedit ei, & retribuetur illi.

Sed ab homine potest quis mereri antequam ab eo acceperit, per id quod accepit a Deo. Sed quantum ad secundam rationem sumptam ex impedimento peccati, simile est de homine, & de Deo: quia etiam homo ab alio mereri non potest, quem offendit prius, nisi ei satisfaciens reconcilietur.

ARTICVLVS III. Vtrum homo in gratiã constitutus possit mereri uitam eternam ex condigno.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod homo in gratiã constitutus non possit mereri uitam eternam ex condigno. Dicunt enim Aposto. ad Rom. 8. Non sunt condignę passionēs huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis: sed inter alia opera meritoria maxime uidentur esse meritoria sanctorum passionēs. ergo nulla opera hominum sunt meritoria uitę eternę ex condigno.

¶ 2 Præter. Super illud Ro. 6. Gratia Dei, uitę eternę dicitur gl. Possit recte dicere, Stipendiū iustitię uitę eternę: sed maluit dicere, Grā Dei, uitę eternę, ut intelligeret remus Deū ad eternā uitā pro sua miseratione nos perducere, nō meritis nostris: sed id quod ex condigno quis meretur, non

con
op
de
q
r
f
n
ma
Spi
ca
ta
ta
me
Spi
mi
me
per
mo
ci
li
h
fou
in
Et
Et
qu
ciu
qu
ex
que
la
prox
sup
non
ordin
tra
p
cau
non
trad
¶ Co
anem
tus
in
taun
quar
quod
a gra
mori
uitę
opor
hoc,
manu
epu
ordin
con
tam
tal
o
accep
comp
nem
digno
¶ A
mo
foli
ti
effe
ad be
quere
posse
ratus
re be
ergo
¶ Sec
iustit
merito
ex sui
¶ Sed
heret
qui est
torii
pōt co
Cum
tema
¶ Ad
admir
gloria
men
non pr